UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Comitvm Par Genere, Potentia, Opibvs, Heroicaq. Virtvte inclytum B. Godefridus, Vuestphalus, S. Romaricus, Austrasius

Serarius, Nikolaus

Mogvntiæ

Cap. IV. Visiones quæ de loco factæ sunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37252

Visual Library

uitio, diuerſis fideliſsimarum viſio-
num oſtenſionibus reuelatum eſt à
Domino.

CAP. IV.

Viſiones quæ de loco factæ ſunt.

PResbyter enim quidam *VVitemannus* nomine in viſu noctis aſpexit quaſi columnam auream in *Capenberg* exſurgere, atque ipſius cœli faſtigia penetrare. Quo viſu diuinæ laudationis claritudinem illic exercendam frequenter intellexit, & aſtātibus quod futurum erat, veriſsime longe ante prænunciauit. Vnus præterea ex amicis feliciſsimi Comitis, *Egebertus* nomine, cum eſſet in itinere proficiſcens ad Comitem, noctu vidit *Capenberg* vrbem fore niue candidiorem, quæ vſque ad alta nubium ſublimiter conſcendens, ipſum cœli cacumen vertice pulſare videbatur.